UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXI. De secundis nuptiis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

Quid de donationibus, quæ extra cauſſas dotis vel donationis propter nuptias fiunt inter conjuges, cenſendum? *c. ult. h. t.*

Eæ ex cauſſa divortii, ſive quoad vinculum, ſive quoad thorum duntaxat, cenſentur tacite revocatæ. Nam licet donationes ejusmodi utroque jure ſint prohibitæ, tamen ſi non fuerint revocatæ, confirmantur morte donatoris. *d.c. ult.& l.1. D. eod. tit. l. Sed interim. 11. D. eod.*

6. *Morte alterutrius ſoluto matrimonio an & tunc dos ac donatio propter nuptias reſtitui debebit?*

Omnino; idque vel ſuperſtiti, vel ejus hæredibus: niſi vel pacto conjugum, vel ſtatuto, vel conſuetudine aliud obtineat; quia licet conjugibus paciſci inter ſe, ut altero eorum forte ſine liberis mortuo ſuperſtes vel dotem, vel donationem propter nuptias lucretur, eamque vel integram, vel ſaltem aliquam partem, quæ dicitur lucrum nuptiale, Pont. appellat *Dotalitium* Pragmatici vulgo *Dotarium.* *d.c. ult. in verb. niſi de conſuet. &c. l. Si convenit. 6. & l. 9. C. de pact. convent. d. l. 9. & d. c. 4.*

De ſecundis nuptiis.

TIT. XVI.

Poſtremum libri hujus caput eſt de iterandis nuptiis; qua nata Sacramentum

tum matrimonii differt ab aliis Sacramentis, Baptiſmo, Confirmatione & Ordine, quæ iterari non poſſunt.

1. *Quæ hic dicuntur ſecundæ nuptiæ?*

NOn tantum illæ, quæ primas proxime ſequuntur; ſed & tertiæ, quartæ & deinceps, quotieſcunque nuptias iterari contingit.

2. *Altero conjugum mortuo licetne ſuperſtiti ſtatim ad ſecundas nuptias convolare?*

c. pen. & ult. h. tit. l. Liberorum D. De his, qui not. infam. l. 1. & 2. C. h. t.

Licet, abrogatis circa hoc legibus civilibus, quæ mulierem intra tempus luctus, id eſt, intra annum luctus a morte mariti, alteri nubentem notant infamia, & damnato errore Origenis, ſecundas nuptias prohibitas adſerentis.

(Hæc diſpoſitio juris canonici, qua leges civiles abrogantur, repugnat honeſtati publicæ. Add. *Phil. c. 4. §. 8.* vid. Gerh. *d. l. n. 199.*)

3. *Intereſtne inter primas & ſecundas nuptias?*

Illud intereſt, quod ſecundæ nuptiæ non benedicantur a Parocho vel ſacerdote, quia benedictio in primis nuptiis ſemel impertita ſemper durat, nec ite-

ganda. Niſi aliud obſervet conſuetu- *c. 1. h. t.*
o, quia hæc differentia eſt juris poſiti-
i, quæ contraria conſuetudine tolli po-
eſt. Benedictioque illa, quam Sacerdos
nuptiis impertitur, tantum eſt pia quæ-
dam ceremonia, oſtendens nuptias a
Chriſto eſſe benedictas.

(Secundis nuptiis Eccleſiaſtica benedictio non
eſt deneganda, quia æque licitæ ſunt nuptiæ ac
primæ. *Geneſ.* 25. ℣. 1. *Rom.* 4. ℣. 11. *Ebr.* 13. ℣. 4.
1. *Cor.* 7. ℣. 8. 39. 2. *Tim.* 5. ℣. 14.)

FINIS LIBRI IV.

JURIS